

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



AUSPICIIS SACROSANCTÆ, ET IN-
DIVIDUÆ TRINITATIS

Ex

Permissu & Autoritate,

NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI, FACUL-
TATIS JURIDICÆ, COLLEGII, IN
Celeberrimā Argentoratensium Uni-
versitate,

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM

De

APPELLATORIO
JUVAMINE, HODIERNIS TEM-
PORIBUS MAXIME USI-
TATO,

PRO SUMMIS IN CÆSAREO, ET PON-
tificio jure, honoribus, & privilegiis DOCTORALIBUS,
ritè, & legitimè consequendis,

*Publica & solenni disquisitioni submittit,
ad diem 20. Septembr.*

BERNHARDVS GSELL,
ADELSHEIMENSIS.



ARGENTORATI.

Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DC. XXVIII.

23

1628/10.



P R O O E M I U M.

Appellandi usus quàm sit frequens, quamq; necessarius, nemo est, qui nesciat. *l. appellandi. 1. pr. ff. de appell. & relat. arg. l. 1. pr. ff. de exerc. act. Robert. Marant. in suo specul. p. 6. tit. de appellat. pr. Petr. Gregor. Tholos. Syntag. juris lib. 50. c. 2. n. 2.* quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigat. *d. l. 1. ff. de appell. causam vitiosam subleuet. c. 1. caus. 2. quest. 6.* & per eam subveniatur lumine privatis. *l. per hanc. C. de tempor. appell. Bald. in c. licet. ext. de offic. jud. ordinari. Petr. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 4. & tit. 9. q. 32. n. 63.* idcirco juxta doctrinam Ulpiani in *l. certè 6. §. quæsitum 4. ff. de precar. & in l. item 15. §. hoc editum 26. ff. de injur. & famos. libell.* frequentem hanc materiam, omissis longioris commendationis anfractibus, & ambagibus, hâc vice tractare constitui, sed quia ea, quæ divisim traduntur, magis sunt clara, & facilioris capacitatis, & melius etiam memoriæ, (quæ alias labilis est, *juxt. l. peregrè. 44. ff. de acquir. vel amittend. possess. l. 2. §. si quid autem. C. de veter. jur. enucleand.*) commendari possunt, *secund. gl. in §. igitur. super verbo easdem, in proæm. Institut.* Ideo 1. Quid sit appellatio. 2. Quæ ejus species. 3. Qui appellare possint vel non. 4. A quibus Judicibus. 5. In quibus causis. 6. Quomodo appellandû, & deniq; 7. Quæ sint fatalia appellationis, ostendam. *arg. tradit. à Robert. Marant. d. l. in pr.*

T H E S I S I.

Est autem appellatio (*a*) ab inferiore, (*b*) ad superiorem judicem (*c*) gradatim (*d*) facta provocatio (*e*) ut is iniquam sententiam judicis inferioris corrigat, & in melius reformet. (*f*).

A 2

Appel-

- A. (a) Appellationis vocabulum quot modis in jure nostro accipiatur, videre est. *ex l. fideiuss. 16. §. fin. ff. de fidejussor. l. item apud la-beonem. 15. §. appellare est. 20. & §. si quis 33. ff. de injur. & famos. libell. We-senbec. in parat. ff. de appellat. n. 2.* (b) *d. l. 1. §. si quis 3. l. Imperatores 21. pr. ff. h. t. Nov. 23. c. 4. Praxeos vir experientissimus Andr. Geil. lib. 1. obs. 40. n. 10. Robert. Marant. d. l. n. 3. n. 129. & n. 368.* (c) *d. l. 1. §. 3. l. 21. pr. No. 23. c. 4. c. placuit, & c. anteriorum caus. 2. q. 6. Petr. Greg. Tholos. Syntag. jur. lib. 47. c. 12. n. 7. Natt. conf. 636. n. 73. tom. 3. fol. 351. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. pr. non vice versa à superiore ad inferiorem, d. l. 1. §. si quis. 3. ubi Bart. ff. de appellat. Symphorem. tom. 1. p. 2. n. 103. fol. 239. Wesenbec. Consil. 170. n. 29. ita ut ne consuetudine contrarium induci possit. gloss. in c. 2. de Consuetud. in 6. in verbo officiali. Felin. in rubr. ext. de appellat. cum omnis consuetudo debeat esse rationabilis c. qua contra mores. 2. cum seqq. distinct. 8. c. cum tanto ult. ext. de consuet. l. praeses. 1. C. qua sit longa consuet. quod si rationabilis non sit, verius corruptela, quam consuetudo dicitur. d. c. ult. ext. de consuet. c. quod super his. in fin. ext. de consang. & affinit. licet longo tempore in usu fuerit. Nam malè adinventae, malèq; consuetudines, neq; ex longo tempore, neque ex longa consuetudine firmantur, textus est notabilis. in No. 134. c. Nunc verò est, 1. vers. malè enim, per quem textum dicit ibi Angel, quod mala consuetudo, quantumcunq; longaeva, & ab omnibus observata, non debeat observari. Marfil. in conf. 33. n. 20. & 21. Roland. à Valle conf. 35. n. 23. vol. 3. Andr. Geil. lib. 2. obs. 31. n. 1. (d) *d. l. 21. ff. h. t. l. addictos 29. C. eod. No. 17. c. 3. in fin. & d. N. 23. c. 2. d. c. anteriorum 28. caus. 2. q. 6. c. dilecti. 68. ext. de appellat. Ord. Cam. d. p. 2. tit. 29. pr. ibi Item es soll sein Appellatton. Felin. ad c. super questionem 29. ext. de offic. judic. delegat. n. 14. quod non sine ratione constitutum est, ne videlicet Jurisdictiones confunderentur. l. nemo. 4. C. de Jurisd. omnium Judic. Andr. Geil. lib. 1. obs. 119. n. 2. Myns. c. 1. obs. 67. & c. 2. obs. 4. Guid. papa. decis. Gratianopol. 436. n. 3. Ab hac regula excipiuntur quidam casus, in quibus haud gradatim facta appellatio sustinetur, (1) Si mediatus Judex justitiam palam deneget. Das er das Recht kündlich versagt. text. in Nov. 17. cap. sit tibi quoque. 3. Andre. Geil. lib. 1. obser. 28. & obser. 119. num. 2. Mynsing. d. c. 1. obser. 67. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. pr. ubi trinam denunciationem, sive requisitionem. Auth. statuimus. C. de Episcop. & cleric. Myns. c. 1. obs. 91. & c. 2. obs. 24.**
- cum

cum documento publico, ad docendum, de facta debita requisitione, & subsecuta denegatione iustitiæ, requiro. cum *Andre. Gail. d. obs. 28. n. 3. Myns. cent. 2. obs. 74. & c. 3. obs. 57. Ord. Cam. d. l. (2)* sit sit suspectus ratione consanguinitatis, vel affinitatis. *l. qui 10. ff. de Iurisd. l. unic. C. ne quis in sua caus. iudicet. c. postremò. 36. ext. de appellat. nisi utriq; parti æqualiter sit coniunctus, quo in casu ratio suspicionis cessat, quam par affectio erga utrumq; excludere videtur. arg. l. non solum 67. §. de uno 1. ff. de ritu nuptiar. gl. in c. cum olim ext. de offic. deleg. Menoch. de arbitrar. iudic. quest. lib. 2. c. 2. cas. 106. num. 19. Robert. Marant. d. l. n. 39. (3)* Si consimilem habeat causam, quia præsumitur ad eundam modum iudicaturus, quo in sua causa cuperet pronunciari. *c. causam ext. de iudic. c. personas. 20. ext. de testib. & attestat. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. pr. ibi. der sachen verwand. Robert. Marant. d. l. num. 46. (4)* si inferior suâ sponte causam ad superiorem remittat. *Myns. d. c. 1. obs. 67. Andr. Gail. lib. 1. obs. 119. n. 2. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. ibi. Nicht richter sein wolte. (5)* Si sit hæreticus, vel excommunicatus. *gloss. in c. 15. cui de offic. deleg. in 6. Felin. in c. super. 29. ext. de offic. deleg. (6)* si jure speciali medius iudex præteriri possit. *Felin. d. c. super. 29. num. 14. Petr. Gregor. Tholos. d. l. n. 34. ubi rectè dicit, in interponendis appellationibus cuiusq; regni leges, & consuetudines probatas esse considerandas, plures casus, quibus omisso intermedio, ad superiorem appellari possit, tradit Hostiens. in summa. tit. de appellat. §. à quo. Robert. Marant. d. l. n. 357. cum multis seqq. (e) d. l. 1. §. 1. 2. & 3. l. scio. 3. §. quid ergò 3. l. illud. 8. ff. h. t. l. tractandum. 1. §. interdum 4. ff. à quib. appellat. non licet. Andr. Gail. lib. 1. obs. 40. n. 10. Robert. Marant. d. l. n. 1. & 2. (f) d. l. 1. pr. ff. h. t. l. quesitum. 2. ubi Bart. n. 2. ff. à quib. appellare nõ licet. l. profecti 17. ff. de minorib. c. pastoralis. ext. de offic. deleg. licet nonnunquam benè latis sententias in peius reformet. d. l. 1. pr. non enim quid Romæ factum sit, sed quid fieri debeat, hinc spectamus, l. sed licet. 12. ff. de offic. presid.*

THESIS II.

Quæ dividitur in iudicialem, & extrajudicialem
 (a) Judicialis est à sententia vel definitiva, vel interlocutoria
 (b) Extra judicialis à decretis, vel actibus extrajudicialibus, (c).

A. 3;

(a) C. cum.

E.

E.

A.

B.

- A. (a) C. cum sit Romana. 5. ext. de appell. c. sicut. 3. Clem. eod. Andr. Gail. lib. 1. obs. 120. n. 1. & 6. Tholos. d. l. n. 5. Robert. Marant. d. l. n. 2. Alii 4. constituunt species, sed minus rectè. (b) l. negociorum 24. ff. h. t. l. oportet. 36. C. eod. l. ante. 2. ff. de appellat. recip. c. cordi. 1. & c. Romana. 3. §. si verò. de appell. in 6. Ludovic. Gilhaus. in arbor. judic. p. 3. c. 8. n. 3. Sententia definitiva ab ipsa Etymologia dicitur, quæ principali causæ pronuntiatione judicis, per condemnationem, vel absolutionem finem imponit, Germanicè ein Endurtheil. l. 7. ff. de re judic. ubi Ias. n. 2. cap. 2. ext. eod. gloss. ordinar. in clem. unic. de sequestrat. possess. & fruct. Robert. Marant in suo specul. p. 6. tit. de sentent. n. 2. Sichard. ad rubr. C. quomod. & quand. judex. & c. n. 10. & ad Rubr. C. de sentent. & interloc. n. 4. Interlocutoria est, quæ fertur inter principium, & finem causæ, super incidente, vel emergente aliquo articulo. Germanicè Ein Beyvrtheil. l. quod iussit. 14. ff. de re judic. gloss. in de clem. de sequestr. possess. & fruct. Ias. in l. 1. ff. de re judic. Canonist. in c. significantib. 38. ext. de offic. delegati & in c. significaverunt. 35. ext. de test. & attestat. Sichard. & Robert. Marant. dd. ll. quæ respectu articuli, quem definit, etiam definitiva dici potest. Felin. in Rubr. ext. de re judic. n. 2. Andr. Gail. lib. 1. obs. 129. n. 2. in fin. (c) Ias. ad l. nemo. 55. ff. de legat. 1. lect. 1. n. 63. Robert. Marant. tit. de appell. n. 278. Andr. Gail. lib. 1. obs. 120. ut à nominatione ad honorem, vel munus publicum. d. l. Imperatores. 21. §. si magistratus. 2. ff. h. t. l. si ad 4. l. si qui. 7. l. cives. 11. C. eod. Nam qui non appellat, munus istud subire cogitur. Bart. ad d. l. si qui. 7. C. d. t. Secus est in vocatione ad tutelam, ubi non statim ab ipsa delatione, sed demum à reiectione excusationum propositarum appellandum est, §. qui 16. Inst. de Excus. tutor. l. scire 13. pr. ff. eod. d. l. 1. §. si quis 1. ff. quand. appelland. Robert. Marant. d. l. n. 324. Cod. Fabr. lib. 7. tit. 26. definit. 8. & tit. 29. definit. 1. VVesenbec. in parat. ff. de appellat. recip. n. 3. & consil. 40. n. 79. & 80. ubi rationem diversitatis inter tutelam, & cætera munera publica assignat.

T H E S I S III.

Appellare possunt omnes (a) non solum suo, & proprio (b) sed etiam alieno nomine (c) etiam ii, quorum interest, sententiam ita latam non esse (d) nisi quis specialiter prohibeatur. (e).

(a) C. omnis

(a) C. omnis oppressus 3. c. ad Romanam. 8. c. ideo. 10. & c. ideo. 17. caus. 2. q. 6. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. Gundissal. tract. de heretic. q. 18. n. 1. Unde commune auxilium l. cum minor. 3. §. si falsus 1. ff. rem rat. haber. & remedium saluberrimum, neminiq; denegandum dicitur. Andr. Gail. lib. 1. obs. 128. num. 1. Hermann. Vult. Conf. 29. n. 54. vol. 3. Hinc licet status Imperii jureiurando, & sub pœna infamiæ, subditos suos, ne à sententiis in curiis ipsorum latis provocarent, obstrinxerint, eo jureiurando, in præiudicium jurisdictionis Cameralis extorto, non obstante, liberam ad Cameram appellandi facultatem eos habere, certissimum est. Ord. Camer. p. 2. tit. 28. §. vñd die weil bißhero. Denais. injur. Cameral. tit. 25. (b) qui suspectum 20. §. is verò 1. ff. h. t. l. si quidem. 1. §. in propria. 11. & l. si procuratoris 2. §. si pro eo. 3. ff. quand. appelland. (c) l. à sententia 5. l. Lucius. 18. d. l. 20. ff. h. t. (1) VT TUTORES nomine pupillorū. l. si quidem 1. §. 13. ff. ubi Bart. quand. appelland. l. negotiorum gestro. 24. l. tutor. 27. ff. h. t. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 14. (2) CURATORES nomine minorum. d. l. 24. & 27. ff. h. t. dummodò bonam foveant causam. l. si bonam. 11. C. de administr. & peric. tutor. nam etiam in aliena causa bona fides est agnoscenda. l. quoties. 9. §. nec utiq;. 6. ff. de administr. & pericul. tutor. Causà bona deprehensa appellationem prosequi tenentur, alioquin ad id, quod pupillorum, minorumvè interest, tutelæ iudicio tenentur. d. l. si bonam. 11. ubi DD. C. de administr. tutor. Tutor quippe, ut & curator ad adulti, aut pupilli utilitatem omnia gerere debet, neq; prætermittre, quæ utilia esse putaverit, neq; admittere ea, quæ minus existimaverit utilia. l. de creationib. 27. C. de Episcop. audient. No. 72. c. 8. in fin. Ord. polit. de Anno 1548. & 1577. cùm Tutoris præcipuum officium sit, ne indefensum relinquat pupillum. l. tutoris. 30. ff. de administr. & peric. tutor. In causa verò, quæ minus jurefulcitur, appellationem vel interponere, vel prosequi cogi non possunt. l. non est ignotum. 6. C. de administr. & pericul. tutor. d. l. quoties. 9. §. 6. ff. eod. Bald. in l. legitimos. ff. de legitim. tutor. Ludovic. Gilhaus. d. l. num. 14. (3) PROCURATORES nomine suorum principalium. l. ab executore 4. §. si procurator. 5. ff. h. t. l. dominus litis. & l. si actor. 10. C. eod. l. invitus. 17. C. de procurat. C. non. iniuste 14. ext. de procurat. Nam appellatio est de annexis, & appendicibus primæ instantiæ, ut ait Ias. & Sichard. in d. l. 17. & hæc procedunt, si ad omnes, aut unam causam dati sunt, d. l. 17. ubi.

A.

B.

C.

17. ubi *Sichard.* non si ad unum actum, v. g. ad exhibendum libellum, vel audiendam sententiam, per regulam, quod uno concessio, alia censeantur prohibita. *text. in l. maritus. 21. C. de procurat. c. qualis 4. distinct. 25. Abb. in d. c. non iniuste 14. ext. de procur. mandatiq; fines diligenter sint custodiendi. l. diligenter. 5. ff. mand. §. is qui 8. Institut. eod. Andr. Gail. lib. 1. obs. 139. num. 12.* Ex his oritur quaestio. An procurator appellationem interpositam prosequi teneatur? Distinguo cum *Dd.* communiter inter appellationem à definitiva, & interlocutoria sententia factam, hanc prosequi tenetur, illam non item. *d. c. non iniuste 14. ubi Abb. & Innocent. d. l. invitus. 17. ubi Bart. Iason. num. 3. & 4. Sichard.* Ratio differentiae est, quia interlocutoria ex prioribus actis est justificanda. *c. appellanti 5. Clem. de appellat. Bart. in l. intra. utile. pr. & l. ait praetor. num. 1. in fin. ff. de minorib. & l. eius qui. num. 3. ff. de appellat. recip.* Sed definitiva novas admittit probationes, & potest appellans non deducta deducere, & non probata probare. *l. per hanc. 4. C. & tempor. appellat. ubi Bart. & Dd. Robert. Marant. d. l. num. 159. & hanc sententiam defendunt Andr. Gail. lib. 1. obs. 139. num. 11. Ludovic. Gilhaus. d. l. num. 13. Mathæ. de Afflict. decis. Neapol. 344. n. ult. eamq; communem esse dicit. Soarez. in thesaur. recept. opinion. lit. D. num. 301. (d) l. 4. §. alio. 2. l. 5. pr. ff. h. t. l. non solent. 1. pr. ff. de recip. appellat. c. non solent. caus. 2. quest. 6. Codic. Fabr. lib. 4. tit. 14. definit. 53. num. 6.* HINC MARITUS, tanquam conjuncta persona, & legitimus administrator rerum uxoris, & curator conjugalis, vulgo *Chevogt* / in iudicio, nomine uxoris, absque speciali mandato, dummodò de rato caveat, in bonis receptitiis, aut aliunde uxori constante matrimonio obvenientibus, agere, & appellare potest. *l. cum rem. 2. & l. maritus 21. ubi Bart. & Sichard. C. de procurat. Andr. Gail. lib. 1. obs. 133. num. 1. & 5.* In dotalibus verò, & paraphernalibus bonis, non solum absq; mandato, sed etiam sine cautione de rato admittitur, *text. in l. si mulier fin. C. de pact. convent. quia super proprio jure agit, cum sit dominus rerum dotalium, ita ut earum nomine sibi, non uxori, rei vindicatio competat, l. doce ancillam. C. d. R. V. l. quoties C. de jur. dotium. Andr. Gail. d. l. n. 7. Sichard. ad l. 2. C. de procur. Ludovic. Gilhaus. d. l. num. 16.* An autem ex natura correlativorum, uxor pro marito appellationem interponere possit. *N. per l. qui absente 4. C. de procur. cum viros ab uxoribus defendi æquum*

æquum non sit. §. patitur *Instit. de Injur. l. quod si 2. ff. eod. l. & primo*
2. §. ult. ff. ad SC. Velleian. hoc tamen temperamentum recipit, si pro
libertate mariti agat, text. notabil. in l. amplius. 3. §. eum verò 2. ff. de li-
beral. caus. & in Camera receptum esse, ut uxor pro liberando ma-
rito captivo, tanquam coniuncta persona admittatur, testis est Andr.
Gail. d. l. n. 9. & Ludovic. Gilhaus. d. l. MATER pro filio, ex pietatis
officio. l. non solent. 1. §. sed 1. ff. de recip. appellat. c. non solent. 30. caus. 2.
quest. 6. gloss. in iure Saxon. lib. 2. tit. 63. ibi. Ein jede Mutter mag wol
zu erhaltung ihres Kinds rechten / las. ad l. alienam. 18. C. de procurat.
n. 4. Bocer. cl. 6. d. 34. th. 56. PATER pro filio. l. si procuratoris. 2. §. si is.
ff. quand. appelland. Colleg. Argentorat. lib. 49. tit. 1. num. 9. FILIUS pro
patre. l. ex consensu 23. §. filiumfam. 2. ff. de appellat. & relation. etiam
sine mandato. l. exigendi. 12. C. de procurator. Guid. Pap. decis. Gratia
nop. q. 203. num. 1. & q. 436. n. 25. dummodò cautionem de rato præ-
stet. l. sed & hæ. 35. §. defendere. ff. de procur. l. si cum filiofam. §. 1. ff. de
compens. Besold. d. c. 5. num. 10. DOMINUS pro subditis suis, non qui-
dem in quacunq; sententia contra subditum lata, sed cum præjudi-
cium domini vertitur, etsi non principaliter, tamen in consequen-
tiam. arg. §. 3. Instit. de Injur. ut si alius à subditis collectas indebitè
exigat, vel eos in cultura agrorū domini iniq; turbet, molestet, aut
spoliet, vel ipsis ad contumeliā domini iniuriam faciat, hoc quippe
casu factum subditorum tangit dominum, ipse dominus turbari,
spoliari, & injuria affici dicitur. l. vim facit. ff. de vi & vi armat. arg.
§. 2. & 3. Instit. de injur. Andr. Gail. de pignorat. obs. 6. n. 12. proinde do-
minus etiā sine mandato ad appellandum admittitur. Andr. Gail. lib.
1. obs. 125. n. 3. in fin. Guid. Pap. q. 203. & q. 436. num. 26. Ludovic. Gilhaus.
d. l. num. 16. OMNES pro eo, qui ad supplicium ducitur, quod ratio-
ne humanitatis, & vinculi, quo homo homini tenetur, introdu-
ctum est. l. non tantum. 6. ff. de appellat. l. eos. 6. & l. addictos. 29. C. eod.
l. addictus. 6. C. de Episcop. audient. Felin. ad c. cum super. ext. de sentent.
& re judic. n. 2. Claud. de Battand. in praxi causar. criminal. regul. 128.
n. 13. & regul. 163. n. 4. publicè enim interest, innocentes defendi. l.
servum. 33. §. publicè 2. ff. de procurat. & satius est inquit Vlp. in l. ab-
sentem. 5. ff. de pæn. impunitum relinqui facinus nocentis, quàm in-
nocentem damnare, Wesenb. Consil. 43. n. 173. ad hoc humanitatis of-
ficiū provocamur à Rege, qui unquam fuere, sapientissimo. Pro-
verb.

B

verb.

verb. 24. vers. 11. ubi ait, Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur in interitū, liberare ne cesses, (e) Specialiter appellare prohibentur, *QUI APPELLATIONI RENUNCIARUNT*, vel expressè per verba expressa, & specifica, declarantia ipsam renunciationem, ut si litigantes ante sententiam professi sunt, se à iudice non esse provocaturos, hos enim indubitatè auxilium provocationis perdere, respondit *Vlp. in l. tractandum 1. §. si quis. 3. ff. à quib. appell. non licet. l. si quis. pen. C. de pact. l. si quis 51. C. de Episc. & cleric. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. Und die weil Robert. Marant. d. l. n. 341. Myns. c. 1. obs. 14. Petr. Gregor. Tholos. d. l. n. 2. vel tacitè, ut quādo appellans pendente appellatione in præjudiciū adversarii aliquid innovat, ut quia ipsum spoliat. *c. an sit. 42. ext. de appell. ubi Abb. gloss. in c. non solum de appellat. in 6. 1. as. ad l. naturaliter. 12. §. nihil cōmune. ff. de acquir. vel amittend. possess. n. 133. Menoch. de arbitrar. Iudic. quest. lib. 1. cas. 16. n. 1. & 2. Myns. c. 2. obs. 50. & c. 3. obs. 22. Ratio 1. est, quia actus contrarius liti pendenti, inducit destitutionē liti. *l. si fili. 30. ff. de minorib. 2. quia propria auctoritate sibi ipsi jus dicendo iudicem contempsisse censetur, ideò à iudice repelli debet, quem sprevit. Bald. in c. ex parte. ext. de Rescript. 3. quia frustra legis implorat auxiliū, qui legis auctoritatem contemnit. l. auxiliū. 37. in fin. ff. de minorib. l. scimus 22. §. sin verò postquam. 12. C. de jur. deliberand. c. bona memoria. 33. ext. de Elect. Andr. Gail. lib. 1. obs. 145. & obs. seq. n. 12. & 13. ea propter justum est, ut in eū jura insurgant, qui jus, & iudicem, & partē illudit. *c. cordi 1. in fin. de appell. in 6. (2) quando litigat, coram iudice à quo *c. gratum. 20. ext. de offic. & potest. judic. deleg. ubi Abb. quod verum est, si facit actum incompatibilem, & contrariū appellationi. d. l. si filius. 30. ff. de minorib. secus si facit aliquē actum, corā iudice à quo, tendentē ad majorē corroborationem suæ appellationis, ut cum iudicē requirit, ne ad executionem procedat, aut producit jura sua, eo fine, ut ipsius sententiā injustam demonstrat, his enim casibus non videtur appellationi renunciatū, *c. sollicitudinem. 54. ext. de appellat. Abb. in c. questioni. eod. Robert. Marant. d. l. n. 342. & n. 424. Iohan. Petr. de Ferrar, in prax. aur. tit. 19. in form. libell. appellat. ab interlocut. in verbo causis & c. n. 7. Myns. d. c. 3. obs. 22. Guid. Pap. decis. Gratianopol. q. 364. n. 1. (3) Quando appellans post interpositam appellationem petit terminum ad solvendum id, quod in sententia pronunciatū erat. *l. ad solutionē. §. ubi Bart. & Bald.*******

C. de

C. de re judic. Ferrar. tit. 21. in form. libelli appellat. à sentent. definit.
verb. coràm vobis. n. 4. Petr. surd. tract. de Aliment. tit. 6. q. 3. n. 63. Myns. d.
cent. 3. obs. 22. Robert. Marant. d. l. n. 423. (4) Quando satisfacit len-
tentia, aliudvè, quod sententia executionè respicit, efficit. Matth.
de afflict. decis. 73. n. 8. ut si in L. Aquil. injuriarumve, vel simili actio-
ne succumbat, eiq; insimul pecuniaria pœna (Ein Frevel) impona-
tur, & appellet, pœnâ verò postea ultrò exolvat, hoc enim casu etiâ
appellationi in principali renunciassè censetur, uti judicatū esse re-
fert. bey dem Fürstl. Hoffgericht zu Tubingen. 22. Septemb. An. 1585.
Besold. c. 10. n. 2. fol. 287. CONTUMACES l. & post. 73. §. sciendum. 3. ff. de
Iudic. l. ex consensu. 23. §. cum 3. ff. de appellat. l. eius 1. & l. abstin-
dum. 4. ubi Bart. C. Quor. appellat. non recip. No. 82. c. 5. in fin. c. ei qui 41.
§. sunt etiam. caus. 2. q. 6. Felin. in c. personas. ext. de appellat. n. 11. Hippol.
de Marsil. in practis. causar. crimin. §. oportune. n. 69. Fürstl. Württ.
Landrecht. p. 1. tit. 12. fol. 69. §. Es hat aber. & tit. 70. §. Item wann ei-
ner. fol. 193. Nam adversus contumacem omnia jura clamant, Cod.
Fabr. lib. 7. tit. 26. definit. 2. n. 1. eiq; omnem judiciorum copiam clau-
dunt. l. sancimus. 15. C. de Iudic. Contumax autem hîc est, qui tri-
bus, edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptoriū
appellatur, evocatus, præsentia sui facere contemnit. d. l. & post. 73.
ff. de judic. l. contumacia. 53. §. contumax. 1. ff. de re judic. l. consentaneū.
8. Auth. qui semel. & l. tres. 9. C. quomodo & quando Iudex. & c. & ita te-
net Bart. in l. fin. & 11. ff. de restitut. in integ. & in d. l. ex consensu. 23. §.
fin. Ludov. Bender. de Revis. conclus. 51. n. 25. Anton. Capyc. decis. Neapol.
139. n. 2. dummodò id in se contineat distincta dierum intervalla, ac
si tres essent citationes. l. 68. & 69. ff. de judic. qua forma hodie in Ca-
mera Imperiali utuntur. teste Myns. c. 6. obs. 9. n. 2. Sichard. ad l. 2. C.
quomodo & quand. Iudex. n. 10. Nec solum trina citatio, unave pro
trib. requiritur, sed insuper etiâ necesse est, ut pars se præsentet in
termino citationis, & contumaciâ absentis accuset. l. properandū.
13. §. & si quidē. 2. ibi actoris absentiam incusante. C. de Iudic. ubi Sich. n.
4. quâ doctrinâ ibi etiam sequuntur Fulgos. Paul. de Castro. Sichard. &
alij. Regner. Sixtin. cons. 10. vol. 2. n. 116. Quid si procurator contumax
fuit, nocet ne domino? D. cum Andr. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 9. & obs. 143.
n. 6. Harttmann. Pistor. lib. 1. q. 36. Sichard. ad l. 3. C. quomod. & quand.
Iudex. n. 22. TRINO JUDICIO SUPERAT. l. unic. C. ne liceat in una
B 2 eademq;

eademq; caus. No. 82. c. 5. e. directa. 39. & c. sua nobis 65. ext. de appellat. Hostiens. in summa. de appellat. §. quoties possit. Ias. ad l. si quis adversus. n. 2. C. de precibus Imperat. offerend. Robert. Marant. d. l. n. 280 ut mali- tiis, & calumniis hominum, (quibus indulgendum non est, l. in fun- do. 38. §. constituimus. ff. de R. V. l. si is cui. 9. ff. de servitut. Andr. Gail. lib. 1. obs. 31. n. 4. & obs. 70. n. 20.) occuratur clem. de sentent. & re judic. c. 1. aliàs enim lis ex lite sereretur. arg. l. 4. §. 5. ff. de re judic. uniusq; nego- cii finis alterius causæ existeret exordium. l. si quis. 11. in fin. C. de reb. cred. & jurejur. & ita litigantes litis, ac moræ tædio optimam sæpè causam deferere cogentur. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 25. in fin. hoc ta- men ita intelligendum est, ut acto reo, singulis bis, & ita qua- ter in una causa appellare liceat. Bart. in d. l. unic. C. Ne liceat. in una eademq; n. 5. Robert. Marant. d. l. n. 80. Ex his elegans profluit quæstio. Si uterq; & actor, & reus bis appellavit, quis eorum, cùm nulli am- plius provocare liceat, præferendus sit? Eius, pro quo prima senten- tia lata fuit, conditionem potiorem fore, statuit Speculat. h. t. §. quo- ties. n. 3. sed malè. Bach. in not. ad Tr. p. 2. vol. poster. disp. ult. th. 3. in fin. Interim tamen memori mente tenendum, trium conformium sententiarum, contra appellationem, objectam exceptionem, in Camera Imperiali non attendi, sed eà reiecta, nihilofecius ap- pellationem admitti. Andr. Gail. lib. 1. obs. 72. Myns. c. 1. obs. 15. Ludo- vic. Gilhaus. d. l. num. 25. Bender. tract. de Revis. conclus. 29. num. 31. fol. 478. etiamsi decies appellatum sit. præjudic. Cameral. fol. 19. CONFESSI, ET CONVICTI. l. observare 2. ubi Bart. C. quor. appellat. non recip. c. ei qui. 41. §. nullus. caus. 2. q. 6. c. consuluit. 14. ext. de appel- lat. c. Romana. 3. §. si autem. de appellat. in 6. Guido Pap. q. 74. Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 3. c. 13. n. 31. ne quod ad remedium repertum est innocentis, asylum quodammodò esse videatur criminosis. Be- sold. c. 6. n. 3. aut quod ad præsidium innocentia institutum est, c. cum specialis. ext. de appell. sit patrociniū nequitia. c. ad nostram. 3. ext. eod. Abb. in c. inter monasterium ext. de re judic. & fomentum ma- litia. Petr. Gregor. Tholos. d. l. & hanc opinionem communem dicit Vivi. in thesaur. recept. opin. lit. A. eique adstipulatur Fürstl. Würtenb. Landrecht. pag. 1. tit. 70. §. Als da Einer. CONFESSI TANTUM, d. leg. 2. C. quor. appellat. non recip. c. quicunq; 25. caus. 2. q. 6. d. c. cum speciali 61. ext. de appellat. d. c. 3. §. si autem. eod. in 6. cum

cum sponte confessus habeatur pro iudicato, & sua quodammo-
do sententia damnetur. *l. confessus. 1. ff. & C. de confess. Sich. ad l. 1. C.
de iurejur. propter calumn. dando. num. 4. nec presumatur mentiri.
Bald. in d. l. unic. C. de confess. sed arbitraria voluntaria confessio
probationibus luce meridianâ clarioribus æquiparetur. l. 16. C. de
pen. hanc sententiam defendunt. Fichard. & Soarez. thesaur. rece-
ptar. sentent. lit. A. eamque communem esse, & de consuetudine
observari, dicit Carer. in pract. criminal. in pr. n. 17. INSIGNES
LATRONES, *l. si quis. 6. §. quid tamen. 9. ff. de injust. rupt. irrit.
fact. testam. Robert. Marant. d. l. n. 296. Anton. Gomez. d. l. Ludovic.
Gilhaus. d. l. n. 18. RAPTORES VIRGINUM. l. unic. C. de raptu
virgin. c. cum sit Romana §. prater ea. c. consuluit. 14. ext. de appel-
lat. Myns. cent. 4. obs. 41. n. 2. Robert. Marant. d. l. n. 295. Petr. Greg.
Tholos. d. l. n. 21. FALSI MONETARII. l. 1. C. de fals. monet.
Robert. Marant. d. l. n. 294. Myns. d. obs. 41. Anton. Gomez. d. l. REI
PERDUELLIONIS. l. constitutiones. 16. ubi Bart. ff. de appellat.
junct. l. quisquis. 5. pr. & §. ult. C. ad L. Iul. Majestat. Angel. Aretin.
tract. de Malefic. in verbo presente. fol. 806. Tiber. Decian. tract. cri-
minal. lib. 7. c. 47. n. 8. Bocer. tract. de crimin. les. Maest. c. 4. n. 31.
hos enim damnatos, statim puniri publicè interest. d. l. constitutio-
nes. non quidam pœnæ festinatione, sed periculi præveniendi cau-
sa d. l. si quis 6. §. 9. ff. de iniust. rupt. testam. ne si detegatur conspi-
rantibus, reus iudicium aufugiat, & ita danti sceleris nefanda te-
meritas maneat impunita. ut loquitur. Imperat. Henric. Septim. in
constitut. tit. 1. quod esse non debet. l. ita vulneratus. §. 1. §. 2. ff. ad
L. Aquil. DEBITORES FISCO *l. abstinendum. 4. & l. & publica-
rum. ult. C. quorum appellat. non recip. ubi Bart. c. ei qui ult. §. quo-
ties caus. 2. q. 6. quod verum est, quando fiscus tractat de damno
vitando, secus si de lucro captando, ut in pœnis pecuniariis, hoc e-
nim casu appellari potest. Robert. Marant. d. l. n. 300. Colleg. Argen-
torat. lib. 49. tit. 5. reliquos appellare prohibitos, vide apud Robert.
Marant. d. l. n. 296. & seqq. & colleg. Argentorat. d. l.***

THES. IV.

Appellari potest ab omnibus iudicibus, tam ordi-
nariis, quàm delegatis (a) non autem à principe. (b)
præfectis prætorio, (c) Senatu (d) arbitris (e) aut exe-
cutoribus. (f)

B. 3 arg.

A.

(a) arg. l. & in majorib. 20. C. & h. t. Ias. ad l. si quis adversus. C. de precibus Imperat. offerend. Robert. Marant. d. l. n. 246. Ludovic. Gilh. d. l. n. 21. Wesenbec. in parat. ff. Quis, à quo appellat. etiam à iudice cum clausula, remota appellatione, dato. clausulam enim illam, de frivolis saltem appellationibus accipiendam puto cum Felin. in c. pastoralis. §. final. ext. de offic. delegat. n. 28. gloss. in c. ut debitus. 59. verbo, absque rationabili. ext. de appellat. Bart. ad l. i. §. 4. ff. à quib. appell. non licet, Ias. ad l. apertiissimi. 16. C. de iudic. n. 17. 18. & 19. proinde nec tertio, pro suo interelle intervenienti, hæc clausula nocebit. c. super eo. 15. ext. de offic. & potest. iudic. deleg. Felin. in c. 38. n. 5. ext. de testib. Andr. Geil. lib. 1. obs. 70. n. 12. & obs. 72. n. 5. & 9. & lib. 2. obs. 58. n. 4. Myns. c. 1. obs. 3. n. 3. Cum rescripta principis semper salvo jure tertij intelligi debeant. l. ex facto 43. ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. prator. ait. 2. §. si quis. 16. ff. ne quid in loco publ. l. meminerint. 6. C. vnde vi. nec princeps in dubio præsumatur præjudicare velle juri alterius. Ias. in l. quoties. 2. C. de precibus Imperator. offerend. Dec. Consil. 209. n. 5. ubi ait, verba rescripti ad jus commune reducenda, & potius improprie, quàm in præjudicium tertij accipienda esse. Andr. Geil. lib. 2. obs. 140. n. 21. (b) quia

B.

eo major in terris non invenitur, sed is est, qui provocatur. l. 1. §. 1. ubi Bart. ff. à quib. appell. non licet. ejus potestas summa est. Andr. Geil. lib. 2. obs. 56. n. 15. nilque majus, sanctiusque Imperiali Majestate. l. si Imperialis. 12. C. de LL. Hinc Cic. lib. 3. de ll. inquit. Ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto, quòdque is, qui bellum gerit, imperassit, jus ratumque esto. & hanc sententiam defendunt, Ias. in d. l. si quis adversus. Robert. Marant. d. l. n. 248. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 24. Natt. consil. 608. n. 4. & 5. tom. 3. Anton. Capyc. decis. 111. n. 2. Petr. Heig. q. 10. n. 14. Symphor. tom. 1. p. 2. n. 102. fol. 239. Wesenbec. in parat. ff. à quib. appell. non licet. Bocer. cl. 6. d. 34. th. 35. Sic cum à sententia summi principis, seu Imperatoris, ad Cameram appellaretur, denegati fuerunt processus. Episcopo in W. B. contra Nassaw. Auct. decision. Cameral. in verbo, Cesaris cum Camera concursus. fol. 62. quem allegat. Reink. de Regim. secul. & Ecclesiastic. lib. 1. cl. 5. c. 9. in fin. An ab eo ad papam appellari possit, de hac quæstione interpretes nostri idem non statuunt, nonnullis existimantibus appellationem valere, quam opinionem defendunt Hostiens. in c. cum Iohannes.

bannes. 10. ext. de fid. instrument. Guid. pap. decis. Gratianopol. q. 436.
num. 7. iisdemq; subscribit Abb. in c. ex litteris. ext. de probat. Aliis
statuentibus appellationem non valere. per d. l. 1. §. 1. ff. à quib. ap-
pell. non licet. l. 12. C. d. ll. l. 1. §. 3. junct. l. 21. ff. de appellat. No. 23. c.
4. quam opinionem veriore judico cum Auct. decis. Cameral. in
verb. Appellare, quibus, & à quibus personis &c. fol. 31. ubi refert, ap-
pellantem ad summum pontificem, tanquam contemptorem Ju-
risdictionis Imperatoris, multari 100. marcis auri puri, cum ex-
pensis. Sic etiam Conradus Rex Romanorum Trajectenses à se
ad pontificem Romanum provocantes, pro reis habuit Majestatis.
Otto. Frising. de reb. gest. Frider. Besold. c. 4. n. 7. fol. 120. & 121. An
à principe malè informato, ad melius informandum. N. per d. l. 1.
§. 1. ff. à quib. appell. non licet. l. 12. C. de ll. d. l. 1. §. 3. & l. 21. ff. de
appellat. tum quia jura vetant, ab eodem ad eundem appella-
re, c. Romana. 7. de appellat. in 6. Symphor. tom. 2. p. 2. vot. 22. n. 98.
& vot. 40. n. 4. tum etiam, quia reprehensione non vacat, qui sum-
mum Principem in cognitionibus causarum incuriæ, & negligen-
tiæ insimulat, cujus acta maturo consilio confici existimantur. Bo-
cer. tract. de regalib. c. 2. n. 242. Hinc hujusmodi appellandi for-
mulam absurdam, & tali quosdam uti cautela attentantes, com-
muni statuum voto repulsam passos fuisse, attestatur Andr. Geil.
lib. 1. obs. ult. n. ult. Et quod hæctenus de principe dictum est, id de
omnibus aliis superiore non recognoscentibus intelligendum
esse, rationis suadet identitas. arg. c. per venerabilem. 13. ext. Qui fi-
lij sint legitim. Abb. in Rubr. ext. de appellat. Bart. ad l. 1. ff. à quib.
appellar. non licet. Robert. Marant. d. l. n. 248. Natta. consil. 608. n. 4.
tom. 3. (c) l. præfecti. 17. ff. de minorib. l. unic. C. de sentent. præfect.
prætor. l. à proconsulib. 19. C. de appellat. No. 82. c. 12. & No. 119. c. 5.
Nam hos legislator præstabiliores esse censet, quàm ut vel inique,
vel minus ex legis præscripto quem pronuncians gravare velint,
ac credidit princeps, eos, qui ob singularem industriam, exploratâ
fide, & gravitate eorum, ad hujus officii magnitudinem adhiben-
tur, non aliter judicatos esse pro sapientia, & luce dignitatis suæ,
quàm ipse foret judicaturus. l. unic. §. 1. ff. de offic. præfect. prætor.
Ias. ad d. l. si quis adversus. C. de precib. Imperat. offerend. Menoch. de
arbitrar.

C.

arbitrar. judic. questio. lib. 1. q. 70. n. 22. Robert. Marant. d. l. n. 250. Anton. Capyc. decis. 130. n. 45. Andr. Geil. lib. 1. obs. 1. n. 17. parili-jure hodie utuntur Principes Septemviri, Imperii Romani Electores, quibus hoc privilegium tributum est, per Auream Bullam Caroli Quarti, tit. 11. Von der Churfürsten Freyheit/ quo jure & privilegio Saxo, & Brandenburgicus adhuc fruuntur, cæteri enim spontanea renunciatione illud perdiderunt. Matth. Stephan. de Jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 55. Bocer. cl. 6. d. 34. th. 35. & de Regal. c. 2. num. 244. Besold. c. 2. n. 19. Et licet quidam ab Electore Saxonie appellari posse putent, non ut ab Electore, sed Duce Saxonie, ut refert compilat. decis. seu prejudic. Cameral. tit. Appellare quibus, à quibus personis liceat. vers. 2. tamen contrarium ex isto privilegio à Ferdinando Anno 1559. 2. Maij Ducibus Saxonie specialiter confirmato, & renovato cernere licet. ibi. So in der Churfürsten/ vnd Fürsten zu Sachsen/ vnd derselben Erben Nahmen/ vnd Hoff gesprochen/ vnd eröffnet werden. Sic Divus Imperator Maximilianus. I. Anno 1459. 20. August. Eberhardo primo, Duci Würtemb. ob egregia belli, pacisque facinora, in Imperii utilitatem præclare gesta, (wegen seiner redlichen/ nützlichen/ vnd getrewen Diensten/die dem Heiligen Reich derselb offte/ vnd die/ willig/ vnd unverdrossentlich gethan hat) simile privilegium concessit, quod postea confirmatum, & ad Comitatum Montispeligartensem, & Dynastiam Richovillensem, extensum est. Besold. c. 2. n. 19. Rümel. p. 2. dissert. 1. ad A. B. thes. 5. Dan. Osinger. in pandect. Cameral. lib. 1. tit. 20. fol. 173. & hoc procedit, quatenus lis inter subditos existit, nam si extraneus cum principis subdito litigat, sibi que appellationis beneficium reservat, nec subdito deteriore reportante calculum, id denegatur. Fr. Würtemb. Hoffgericht Ord. p. 3. tit. 2. tit. 23. & tit. 29. Landr. p. 1. tit. 60. §. wa aber. Bocer. cl. 6. d. 34. th. 36. (d) d. l. 1. §. 2. ff. à quib. appell. non licet. Ias. ad d. l. si quis adversus. num. 1. C. de precib. Imperat. offerend. Robert. Marant. d. l. num. 253. quia senatores sunt pars corporis principis l. quisquis. 5. pr. C. ad L. Iul. Maiestat. ac inter eos ipse princeps numeratur. l. jus senatorum. 8. C. de dignitatib. lib. 12. & teste Bald. in c. quanto. 18. ext. de jureiur. senatus Consilium principis dicitur Menoch. de Arbitrar. Judic. quest. lib. 2. c. 1. cap. 68. num. 34. Anton. Capyc. decis. 130. num. 46. Cacheran. in proxm. decis. Pedemont.

D.

Pedemont. n. 1. & 2. Nat. conf. 608. n. 10. & 11. tom. 3. Hinc à sententiis
in Camera Imperiali latis, neq; appellatio, Recess. Imper. de Ann. 1530.
S. Dieweil nun. Andr. Geil. lib. 1. obs. 153. n. 1. Fichard. conf. 150. n. 3. fol. 300.
neq; supplicatio admittitur. Ord. Camer. p. 3. tit. 51. ibi. wir ordnen/see-
gen/und wollen auch, daß von den Urtheiln am Keyserlichen Cam-
mergerichte ergangen/und außgesprochen/ kein theil weiter zu appel-
liren, oder zu suppliciren macht haben solle / quia ultimum & supre-
mum iudicium in Imperio Romano. d. Recess. de Anno 1530. S. Die-
weil nun unser Cammergerichte/ das oberste und letzte Gericht / immo
das höchste Gericht. Cammergerichts Reformation zu Speyer. de
Anno 1531. S. Ferner als durch. loco tamen appellationis, vel suppli-
cationis, princeps & status Imperii saluberrimum Revisionis re-
medium introduxerunt, ad quos læsi, tanquam ad sacram ancho-
ram confugere possent, licet enim publicè interesse videatur, finem
litibus præcipuè per hoc supremum Imperii tribunal imponi: ta-
men neque etiam publicè prodest, singulis legum adminicula de-
negari. l. unic. C. de sentent. præf. prætor. de quo in Ord. Cam. p. 3. tit.
51. ita constituitur. Ob aber ein Parthey sich durch die Urtheil des
Keyserlichen Cammergerichts beschwert zu sein vermeint / deme soll
gegen Cammerrichter / und Besizersn / den Weg der gemeinen
Rechten/ und hernach gefeseter Ordnung von der Revision, und syn-
dicat, vorzunehmen/ zugelassen/ und vorbehalten sein. vide egregium
tractatum de Revisione. Iohann. Ludovic. Bender. (e) scilicet com-
promissariis, horum enim sententiæ stari debet, sive æqua sive ini-
qua sit. l. diem proferre. 27. S. stari 2. ff. de recept. qui arbitr. l. 1. C. eod.
ubi Bart. n. 2. c. à iudicibus. 33. & si quis Episcopus 36. vers. arbitrarij. caus.
2. q. 6. Andr. Geil. lib. 1. obs. 149. n. 1. & obs. 150. n. 8. Sichard. ad l. 1. C. de reb.
cred. n. 4. aliud sentiendum est de arbitr. ex necessitate legis, vel
statuti datis, ab horum namq; sententia legitimè appellationem
interponi, non incerti juris est. l. arbitro. 9. ff. qui satisd. cognat. ubi
Ias. l. quaesitum. 2. ff. à quib. appell. non licet. l. cum specialis. 18. C. de iudic.
ubi Ias. n. 6. & seqq. & ad l. admonendi 31. n. 43. Myns. c. 4. obs. 68. Andr. Geil.
lib. 1. obs. 33. n. 8. Fr. Württeb. Landr. p. 1. tit. 70. S. Vom Ausspruch der
erkieften Richter. (f) l. ab executeore 4. pr. ff. h. t. l. quoniam 21. C. eod.
c. ei qui. ult. c. 2. q. 6. Ias. ad l. edicto. fin. C. de edict. Divi Adrian. tollend. n.
29. quia iudex gravamen infert, non is, qui iudicis mandatum exe-
quitur. Abb. in c. 15. ext. de re iudic. siquidem actus tribuitur ordinan-

C

ti

E

F

ti, & non exequenti *Rot. a. decis. 167. p. 2.* & executor est veluti causa instrumentalis. *Scaccias de Appellat. q. 17. limitat. 10.* si tamen modum in exequendo excedat, quin appellari possit, nullus dubito *l. ab executione 5. C. quor. appellat. non recip. ubi Bartol. n. 1. & ad l. 4. ff. de appellat. d. c. quod ad consultationem. 15. ext. de re judic. c. Novit. 43. ext. de appellat. quæ appellatio in scriptis, cum causæ expressione, qualiter executor modum excesserit, interponenda est. Myns. c. 3. obs. 32. Robert. Marant. d. l. n. 259. Iohann. Petr. de Ferrar. in form. libell. execut. sentent. definit. tit. 26. verb. publico nuncio. n. 9. nec sufficit dicere appello quia executor excessit modum in exequendo. Abb. in d. c. 15. ext. de re judic. Besold. c. 8. n. 3. quotupliciter autem modus excedatur, tradunt. gl. & Bart. ad l. 5. C. quor. appellat. non recip. & gl. in d. c. 15. ubi specul. de Execut. sentent. §. 8. nunc dicendum, vers. sed nunquid. n. 8. Symphorem. tom. 2. p. 2. vot. 48. n. 30. fol. 159.*

T H E S. V.

A quibus, ad quos, & qui appellare possint, vel nequeant, investigavimus, sequitur, ut de causis, & negociis, in quibus appellari possit, despiciamus. In omnibus autem causis (a) tam civilibus, quam criminalibus (b) & ab omni sententia tam definitiva, (c) eaque valida (d) quam interlocutoria (e) etiam à multa (f) non à sententia super causa juramento judiciali decisa, latâ (g) iudicio fortis (h) aut re dilationem non recipiente (i) appellari potest.

A. (a) *l. & in majorib. 20. C. de appellat. gloss. in l. qui restituere 68. in verb. restituitur. ff. de R. V. Felin. in c. pen. ext. de appellat. n. ult. Ias. in auth. ad hac. C. de judic. n. 4. quam diu igitur hic non constat, an causa aliqua prohibita sit, etiamsi nusquam de permissione legere sit, pro non prohibita habenda est. Felin. in c. super litteris. ext. de Rescript. Matth. de Afflict. decis. 261. num. 5. Cùm in dubio appellationi deferendum sit. gl. & DD. in c. ut debitus 59. in verb. ex rationabili ext. de appellat. Innocent. in c. dilectus. de Rescript. Rolland. à Valle consil. 18. num. 3. vol. 3. Hermann. Vult. Consil. Marpurg. consil. 15. num. 363. vol. 1. & consil. 29. num. 21. vol. 3. Tam majoribus, quam*

quàm minoribus. *d. l. 20. ubi Bart. C. de appellat. c. de appellationi-*
bus. 11. ext. eod. Petr. Gregor. Tholos. d. l. num. 11. Matth. de Afflict. de-
cif. 2. num. 10. Non enim consideratur res sive quantitas in appel-
latione, sed iniustitia sententiæ, & iniquitas iudicis. *l. 1. princ. ff.*
de appellat. Abb. in d. c. 11. ext. de appellat. & quod aliis vilissimum
videtur, hoc aliis etiam quàm pretiosissimum est. *Wesenb. in addit.*
marginal. ad Schneidevv. in §. gallinarum. 16. in fin. Instir. de R. D. hoc
tamen ita accipiendum est, nisi privilegium à quo, vel ad quem, ad
certam quantitatem sit restrictum, Sic jure Justiniano, pro varie-
tate summarum, de quibus agebatur, aliis atque aliis in consistorio
principis, ad quem appellatum erat, causa committebatur iudici-
bus, *l. in offerendis 37. C. de appellat.* & ad alios atque alios iudices
provocare necessum erat, nec omnis summa notionem faciebat
principis. *l. si qui 10. §. 1. ff. h. t.* quia Imperatori æquum visum non
fuit, ut super minimis causis maximi iudices inquietarentur. *No. 23.*
c. 3. Sic olim in Camera Imperiali, litigiã summam, æstimationem-
que quinquaginta florenorum non transcendentia non recipie-
bantur. *Ord. Camer. p. 2. tit. 28. §. Und sonderlich sehen. Andr. Geil.*
lib. 1. obs. 123. n. 1. quæ summa postea in Comitibus Imperii Anno 1570
Spiræ habitis, §. Als wir dann auß/ ad centum & quinquaginta, And.
Geil. d. l. Myns. c. 4. obs. 40. c. 5. obs. 83. n. 6. & c. 6. obs. 15. tandem
ad trecentos florenos extensa est. *Deputat. Abschied de Anno 1600.*
§. derowegen dann. ita ut pensiones cessæ cum sorte cumulari pos-
sint. Andr. Geil. d. l. n. 3. & in hunc modum sæpè judicatum esse, testis
est Myns. d. c. 5. obs. 83. Hocq; de florenis Rhenensibus, quorū singu-
li quindecim bacos, seu sexaginta crucigeros valent, intelligendū
est. *Myns. d. c. 5. obs. 83. Besold. c. 7. n. 1.* In huius summæ autem cõ-
putatione, non sententia prioris iudicis, sed actoris petitio in con-
siderationem venit. *l. cum quedam. 19. §. quoties 1. ff. de Jurisdic. Andr.*
Geil. lib. 1. obs. 123. n. 3. Myns. d. l. n. 3. Ludov. Gilh. d. l. n. 28. quamvis no-
vissimo Camerali iure, in ineunda summæ appellabilis ratione, non
quid actor in prima instantia petierit, sed in quo se appellator læ-
sum, gravatūq; dicit, perpendatur. *Denais. in jure Camer. tit. 29.*
appellationis summa. §. 8. Besold. c. 7. n. 2. & quando in puncto devo-
lutionis dubitatur, an summa ordinationi sit conformis, appellan-
ti iuramentum defertur sub hâc forma, ut iuret, se malle carere
tanta summa, quàm ab interposita appellatione desistere. *Ord. Cam.*

p. 2. tit. 28. §. Und sonderlich. vers. So dann. Andr. Geil. d. l. n. 7. Mynf. c. 4. obs. 40. Ludov. Gilb. d. l. n. 29. Hæc tamen summa trecentorum florenorum non attenditur, (1) si reus in prima instantia forum in Camera fortiatur, tunc enim per viam simplicis querelæ causa ibidem recipi, & agitari debet, quantacunq; sit summa controversa. Andr. Geil. d. l. n. 6. Ludov. Gilb. d. l. n. 28. & ita factum fuisse in causa Bender contra Geylsheim pro 24 gulden Schusterlohn/ testantur Auctor. decis. Cameral. in verb. causa, qua in Camera Imperiali recepta. fol. 66. Reink. de Regim. secul. & Ecclesiast. lib. 2. cl. 2. c. 14. n. 15. (2) si super injuriis, annuis redditibus, servitutibus, Jurisdictionibus, aliisq; juri-
B. bus incorporalibus agitur. Ord. Cam. d. p. 2. tit. 28. §. Und sonderlich. vers. Doch sollen. Recess. Imper. de Anno 1570. §. Was aber unabloßlich. Andr. Geil. d. l. n. 4. 5. & 6. Ludov. Gilb. d. l. n. 28. (b) l. non tantum. 6. ubi Bart. ff. h. t. l. si quis. 30. C. eod. l. addictos. 6. C. de Episcop. audient. Claud. de Battand. prax. causar. criminal. regul. 163. n. 7. Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 3. c. 13. n. 31. Nam in his non de vino, oleo, tritico legato, sed de vita & existimatione hominis agitur. arg. l. addictos 29. C. h. t. ibi si erratur, jactura est exigua, hîc major esse nequit, siquidem vita per judicem semel amissa recuperari nequit. arg. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles. l. ex eo. 4. C. de agent. in reb. lib. 12. In Camera tamen Imperiali appellationes in causis criminalibus, so Leibsstraff auff ihnen tragen/ non recipiuntur. Ord. Cam. d. tit. 28. §. Item nach dem. Recess. Imper. de Anno 1530. §. Item als etlich zeithero. Andr. Geil. lib. 1. obs. 1. n. 27. & lib. 1. de p. p. c. ult. n. 36. sed super nullitate processus discernuntur, quando quis non citatus, vel indefensus est condemnatus, vel contra naturalem rationem, æquitatem, vel sensum communem, adversus ipsum judicatum, & sic nulliter processum est. Ord. Cam. d. tit. 28. §. Item nach dem. vers. doch da sich. Andr. Geil. d. l. Regn. Sixtin. consil. 10. n. 17. vol. 3. (c) l. quoniam judices. 21. C. h. t. l. apertissimi. 16. C. de judic. l. si quis. 11. ibi post definitivam. C. de reb. cred. & jurej. l. cum solitum. C. de sentent. & interlocut. Sich. in Rubr. d. t. n. 7. Cacher. decis. 61. n. 6. (d) Nam à sententia nulla non opus est, ut appelletur. l. si expressim. 19. l. ex consensu 23. §. cum procurator. 1. ubi Bart. ff. h. t. tot. tit. ff. qua sentent. sine appellat. rescindunt. & tot. tit. C. quand. provoc. non est necess. Iason. ad l. cum prolati. ff. de re judic. num. 2. quia appellationis officium est, ut sententiam latam vel suspendat, vel extinguat. l. si causa cognita. 32. C. de transact. l. ab executione
tione

4.
re-
ca-
am
dr.
der
or.
66.
in-
ri-
ch.
88.
um
nt.
z.
e-
9.
ii-
as
en
uff
m.
7.
e-
a-
m-
d.
n.
Si-
ej.
r.
ur.
h.
d.
2.
1-
t-
ee

tionem §. C. quor. appellat. non recip. l. i. §. ult. ff. ad SC. Turpil. quod autem non est, per appellationem suspēdi, aut tolli nequit. l. obligari §. tutor. §. ff. de author. tutor. l. nam si sub conditione. §. vers. post defectum & ibi gl. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. cū vulgō dicatur non entis nullas esse qualitates, l. eius qui 41. ff. de reb. credit. c. bona memoria. 33. & ibi gl. ext. de Election. & impossibile esse, eius quod non est, dare partem, aut quotam. Hartmann. Pistor. lib. 2. q. 38. num. 17. Vult. Consil. Marpurg. 29. n. 48. vol. 3. si tamen a sententia nulla appellatur, hunc producit effectum, ut nullitatem, & super nullitate cognitionem devolvat ad iudicem appellationis. Abb. in Rubr. ext. de appellat. Bart. ad l. si expressim. 19. ff. eod. Andr. Gail. lib. 1. obs. 127. n. 2. Sichard. ad l. i. C. de sentent. ex peric. recitand. n. 4. Est autem nulla sententia. (1) ratione sui ipsius, ut si contrariatur priori, quæ in rem iudicatam transit, modō inter litigantes eōdem, ac de re, & controversia eādē dicta sit. l. neq. suam i. C. sentent. rescindi non poss. l. latam i. C. quand. provoc. non est necess. Robert. Marant. p. 6. tit. de sentent. num. 119. Cacherran. decis. 1. n. 49. & decis. 142. n. 23. & 26. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1. tit. 56. §. Ebenermassen. nam res iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum 25. ff. de statu homin. l. res iudicata. 207. ff. de R. I. aded ut nec rescripto principis. l. causas. 16. C. de transact. l. impetrata ult. C. sentent. rescind. non poss. nec sub prætextu instrumentorum de novo repertorum, restaurari queat. l. sub specie. C. de re iudicat. Menoch. de arbitr. iudic. quæstion. lib. 1. q. 52. n. 2. Vult. Consil. 29. n. 6. vol. 3. 2. Ratione processus, si lata sit in non citatum, nam omissionem citationis ad audiendam sententiam importare nullitatem est. text. in l. i. §. item cum. ff. quæ sententia sine appellat. l. de unoquoq. 47. pr. ff. de re iudic. l. ea quæ. 7. C. quomod. & quand. iudex. Ias. ad l. quæcunq. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdic. n. 79. Andr. Gail. lib. 1. obs. 109. n. 1. Fürstl. Würtemb. Landrecht. d. t. 56. §. oder da man die substantial. fol. 168. quod procedit etiam in principe sententiam ferente, nedum in inferioribus principe. Bald. in l. fin. C. de ll. & ubi defectus citationis est, non præsumitur pro sententia. Panorm. in c. 1. col. 2. de caus. possess. & proprietat. (3) Nulla est sententia, contra jus expressum lata. l. si expressim. 19. ff. h. t. ut si iudex pronunciet minorem annis quatuordecim testamentum condere posse, l. si cum inter. 2. C. quand. provoc. non est necess. vel pronunciet ad excusationem tu-

relæ, non prodesse numerum liberorum. l. 1. §. item cum. 2. ff. quæ
sentent. sine appellat. rescind. aut interponat decretum super aliena-
tione prædii pupilli, aut minoris, ære alieno non urgente. l. magis
puto. 5. §. si æs alienum. 14. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, non
alien. Robert. Marant. p. 6. tit. de sentent. n. 117. Johan. Petr. de Ferrar. in
form. libell. sentent. definit. tit. 20. in verb. Nos Bernardinus. n. 34. Ludov.
E. Gilhaus. tit. de Nullitat. n. 16. (e) dummodo tale gravamen inferat,
quod per sententiam definitivam reparari nequeat. l. ante sententia.
7. C. quor. appellat. non recip. ubi Bart. l. si clericus. 2. C. de Episcop. au-
dient. l. oportet. 36. C. de appellat. Ias. ad l. arbitro. 9. ff. qui satisfac. co-
gunt. Myns. c. 4. obs. 43. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. Item als tågliche. Nam de
jure civili, quod Camera in decernendis processibus sequitur, ab
interlocutoria simplici appellationes non recipiuntur, idq; eo po-
tissimum sine, ut multorum malitiis, & calumniis obvietur, qui à
quocunq; prætenso gravamine, à quacunq; interlocutoria appella-
lare solent, ut causam principalem in infinitum extrahant, l. prope-
randum. 13. pr. C. de judic. l. si quis ii. in fin. C. de reb. credit. & jurejur.
& adversarios maximis sumptibus defatigent. No. 23. c. 3. Andr. Gail.
lib. 1. obs. 128. n. 2. & obs. seq. n. 1. ubi scire cupientes, à quibus inter-
locutoriis de jure civili ante & post litis contestationem appellari
possit, remittit ad Bart. Bald. & plures ibi allegatos. Exemplum sen-
tentia interlocutoria irreparabile gravamen inferentis refert Scæ-
vola. in l. ante sententiam. 2. ff. de appellat. recip. vel non. ubi ait, Ante
sententiam appellari potest, si quæstionem in civili negotio haben-
dam, iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges hoc fa-
ciat. Nam post brachiorum, atq; ossium fracturam vana, inutilis,
& infructuosa esset appellatio, quia tortura est irreparabilis. Bald.
in l. generaliter. 12. §. sed juramento. 1. C. de reb. cred. & jurejur. Robert.
Marant. p. 6. de appellat. num. 212. quod eò Dd. extendunt, ut etiam à
comminatione torturæ appellari posse dicant. Camill. Borell. cons. 30.
Cent. 1. Besold. c. 7. num. 6. Aut vim definitivæ habeat. l. ait præter 7. §.
sed etsi. vers. permittitur. ff. de minorib. Myns. c. 3. obs. 88. n. 1. Ord. Cam. p. 2.
tit. 29. §. vnd so von Beyvrtheil. quia paria sunt, sententiam esse de-
finitivam, aut habere vim definitivæ. gl. in c. fin. de Elect. in 6. Andr.
Gail. lib. 1. obs. 130. n. 5. & obs. 132. n. 3. ut autem sciamus, quando in-
terlocutoria habeat vim definitivæ, & ex quibus id cognosci possit,
adeundus

adeundus est post Myns. & Gail. dd. ll. Franc. in c. cum cessante. n. 9. cum
seq. ext. h. t. Felin. in Rubr. ext. de re judic. Guid. Pap. decis. Gratianopol. q.
75. num. 1. & Ludovic. Gilhaus. c. 3. p. 1. de sentent. rectè riteq. lat. Robert.
Marant. n. 42. & seqq. ubi aliquot conclusionibus id pereleganter decla-
rat. (f) l. & in mulctis. 25. C. h. t. l. si qua poena. 244. ff. de V. S. ubi Al-
ciat. & Forner. Gædd. ad l. aliud fraus. 131. §. inter mulctam. 1. ff. de V. S.
quod etiam in Camera Imperiali procedit, in mulctis, quæ non suc-
cesserunt in locum poenæ corporalis, ex commutatione fortè per
gratiam facta, ab illis enim appellari posse receptum est, quando
summa ordinationi conformis est. Myns. c. 4. obs. 41. Ludovic. Gilhaus.
c. 8. p. 1. n. 26. Besold. c. 7. n. 5. (g) l. generaliter. 12. §. sed juramento. 1.
& §. sive autem. 3. ubi Bart. & Sichard. C. de reb. cred. & jurejur. Ias. ad
l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 42. Robert. Marant. d. l. n. 332. ideoq;
etiam detecto perjurio, & instrumentis aliis, aliisvè probationibus
reperitis, controversia eo sopita, non resuscitatur, d. l. admonendi. ubi
Ias. n. 4. & seqq. l. causa. 1. C. de reb. credit. & jurejur. ubi Sich. n. 2. l. jusjurā-
dū. ff. de jurejur. l. quod si deferēte 21. ff. de dol. mal. l. sub pretextu. 19. C. de
transact. Zas. ad §. item si quis. 11. Institut. de action. Vult. I. R. lib. 2. c. 2. n.
23. Secus est in juramento necessario, quod litem decedit, causæ ve-
ritate in suspenso manente, proinde reperitis novis instrumentis,
quibus contrarium ejus, quod jurejurando decisum est, pars adver-
sa probavit, retractatur, d. l. 31. ubi Ias. d. l. 1. C. eod. ubi Sichard. Vult.
d. l. n. 24. Wesenbec. in parat. ff. de jurejurand. n. 11. Unde licet ab ipsa
delatione hujus juramenti non sit appellatum, tamen postea à præ-
statione appellari potest. l. creditor. 28. §. jussus 1. ff. de appellat. quem
textum Zas. in l. properandum. §. sin autem reus. n. 15. C. de judic. dicit esse
notabilem. Ludovic. Gilhaus. c. 6. p. 6. §. 5. n. 14. symphorem. tom. 2. p. 2. vot.
41. num. 1. & tom. 4. p. 1. n. 1. Myns. c. 1. obs. 39. & cent. 2. obs. 14. ubi addit,
in Camera Imperiali hujusmodi appellationes approbari, & ita ali-
quoties in supremo Dicastrio Würtembergico judicatum fuisse,
refert Bocer. cl. 6. d. 18. th. 22. & 81. (h) arg. l. 1. §. 1. & 3. l. 21. ff. h. t. No.
23. c. 4. nam fors sive fortuna in hoc mundo non habet superiorem,
nisi Deum, qui Dux ipsius dicitur. Bald. in l. fin. C. Commun. de legat.
Ias. ad l. hujusmodi. §. si is cui ff. de legat. 1. Matth. de afflict. decis. 261. n. 6.
in not. Robert. Marant. d. l. num. 257. Schneidvv. ad §. optionis. 23. Inst.
de legat. & ad §. quadam actiones. 20. Inst. de action. in fin. (i) Matth.
de

F.

G.

H.

I.

de Afflict. d.l. Robert. Marant. d. l. n. 330. ut ne frumentum militum in
annonæ subsidia contrahatur. l. si res. pr. ff. de appellat. recip.
Colleg. Argentorat. lib. 49. tit. 5. ne testamentum aperiatur, ne
ve scriptus heres in possessionem mittatur. d.l. si res. 7. l. quisquis. 6. C.
quor. appellat. non recip. ubi Bartol. c. ei qui. ult. §. si quis etiam. Caus. 2.
q. 6. Cacheran. decis. 25. n. 9. Robert. Marant. d. l. n. 322. Sursel.Würtz
tenb. Landrecht. p. 1. tit. 70. §. Ebenmäßg. fol. 194. ne quidem quoad
effectum devolutivum. d. l. quisquis. 6. C. quor. appellat. non recip. Ias.
conf. 187. n. 6. 7. conf. vers. hoc assumpto. ubi hanc opinionem receptio-
rem esse dicit. lib. 2. eamq; frequentiore. Alexand. Consil. 22. in fin. lib.
3. fallit tamen, quando iudex pronunciat contra actorem, puta
cum non esse mittendum in possessionem, tunc enim appellatione
dari, indubitati juris est. Angel. in d. l. quisquis. 6. Petr. Surd. d. tract.
tit. 9. q. 43. num. 27. Besold. c. 7. n. 8.

T H E S I S VI.

Videamus nunc, quomodo appellandum. Est au-
tem ab inferiore ad superiorem, gradatim appellandum.
(a). & vel viva voce (b). vel in scriptis. (c).

- A. (a) *Supra thes. 1. lit. A. B. C. d.* quod procedit de jure Civili, de
jure enim Canonico, omisso medio ad Papam appellari potest, c. si
quis vestrum. 4. caus. 2. q. 6. c. si duobus. 7. ext. de appellat. Felin. ad c. su-
per questionem. 29. ext. de offic. & potestat. Iudic. de legat. num. 14. Bart.
ad l. 1. §. si quis. 3. ff. de appellat. num. 3. Robert. Marant. d. l. n. 369. quod
ided providerunt, ut omnes quæstiones, & causas, in suam curiam
traherent, suamq; avaritiam satiarent, clericorum enim animus
præ cæteris enixus est in pecuniis cumulandis, contra honestatem
communem, & fidem Deo promissam. Iohan. Petr. de Ferrar. in form.
appellat. à sentent. definit. in verb. ad quemcunq; iudicem competentem.
Myns. c. 2. obs. 4. Besold. c. 4. num. 13. (b) viva voce appellari potest à
sententia definitiva. l. sed si. 2. l. à sententia. 5. §. si quis. 5. ff. h. t. c. ei qui.
41. Caus. 2. q. 6. Abb. in c. non injustè. 14. ext. de procurat. Bart. ad l. eos.
6. §. si autem ult. C. de appellat. Guid. Pap. q. 436. num. 11. Robert. Ma-
rant. d. l. n. 136. vel interlocutoria vim definitivæ habente. arg. dd.
ll. Andr. Gail. lib. 1. obs. 130. num. 5. Myns. c. 1. obs. 66. & c. 3. obs. 15. num. 3.
Sich. ad Rubr. C. de sentent. & interlocut. n. 9. & 10. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §.

vno



Und so von. Nam paria sunt sententiam esse definitivam, aut habere vim definitivæ. *gl. in c. fin. de Elect. in 6. Andr. Gail. d. l. & obs. 132. num. 3. & de hac sicut de illa judicatur. Bald. in l. minoribus. n. 8. ibi plus ponderamus vim & effectum sententiæ, quam nomen, unde licet nomine sit interlocutoria, ad instar tamen definitiva redacta est. C. de his quib. ut indign. & c. Laurent. Kirchoy. Commun. opin. lit. A. dummodò in continenti fiat, hoc est, iudice adhuc pro tribunali sedente, & ad alios actus extraneos non divertente. d. l. à sententia. §. si quis §. Robert. Marant. d. l. n. 137. Soarez. thesaur. receptar. opinion. lit. A. n. 204. & sufficit si appellator dicit, appello. d. l. sed si. 2. Bart. ad l. 1. §. 3. & 4. ff. h. t. Sichard. ad d. Rubr. n. 7. Gregor. Tholos. d. l. num. 25. nec necesse est, exprimere verbum (Appello) sed satis est dicere, vel facere aliquid æquipollens huic verbo, utpote, submitto me protectioni superioris iudicis, vel gravatus sum, dummodò alia requisita appellationis observentur. c. ad audientiam. 34. ext. h. t. Myns. d. c. 3. obs. 15. n. 4. Robert. Marant. d. l. n. 135. Ratio, quia ubi ad certum actum explicandum verborum solennitas præfixa non est, sufficit exprimere conceptum & effectum rei, licet non exprimantur propria verba actui illi conformia, verba enim intentioni servire debent, & non è contrà. *text. singular. in c. humana aures. 11. caus. 22. q. 5. c. cum in his 15. ext. de V. S. l. cum virum. 16. C. de fideicommiss. secus si certa verborum solennitas requiratur. l. 1. ff. de V. O. Andr. Gail. lib. 1. obs. 2. n. 4. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 4. Nec opus est exprimere causas gravaminum. d. l. sed si. 2. Bart. ad l. scio quæsitum. 3. §. quid ergò. 3. ff. h. t. Ias. ad d. l. minorib. C. de his quib. ut indign. Abb. in c. cum in Ecclesia. 38. ext. de appellat. & in c. quod ad consultationem. 15. ext. de re judicat. Robert. Marant. d. l. n. 142. Myns. d. c. 3. obs. 15. n. 4. nisi in casibus, in quibus de jure prohibetur appellatio. Robert. Marant. d. l. n. 155. Auct. dicis. Cameral. fol. 28. ut si tertius à sententia contra alium lata appellat. d. l. à sententia. §. pr. ubi. Bart. n. 9. Felin. ad c. cum super. 17. ext. de sent. & re judic. Andr. Gail. lib. 1. obs. 122. n. 5. vers. tertius casus est. Ratio est, quia ubi appellatio interponitur contra regulas juris, propter præsumptionem doli, non aliter admittenda est, quam si expressa causa justificetur, sed appellatio tertij fit contra regulas juris. cum sententia inter alios lata aliis nõ præjudicet. l. 2. C. quando res judicat. non nocet. & tot. tit. C. Inter alios act. vel jud. aliis non nocere.**

D

E. ap-

E. appellatio admittenda non est, nisi expressa sit causa, quare appellatis intersit, à sententia tertium concernente appellare. *c. super eo. ext. de offic. deleg. Andr. Gail. d. obs. 122. n. 5. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 10.*

Q. An appellatio valeat, quando appellans simpliciter dicit, appello ad iudicem competentem, sive superiorem. *Aff. per d. l. sed si. 2. ff. h. t. l. qui Roma. 122. §. seia. 5. ff. de V. O. ubi Ias. Bart. ad l. l. §. 3. ff. de appellat. Felin. in c. inter cetera. 2. ext. eod. n. 2. & ita in Camera receptum esse, scribit Auct. decis. Cameral. fol. 18. & fol. 31. (c) in scriptis appellandum est. (1) à sententia definitiva, vel interlocutoria vim definitivæ habente, ex intervallo. *d. l. 1. §. 4. d. l. sed si. 2. l. 5. §. fin. ff. h. t. Abb. in d. c. non injustè. 14. ext. de procurat. Bart. ad l. eos. 6. §. ult. C. de appellat. Andr. Gail. lib. 1. obs. 130. num. 5. Ord. Camer. d. p. 2. tit. 29. §. vnd so von. (2) ab interlocutoria simplici, tamen appellabili, sive in continenti, sive ex intervallo. *arg. d. l. 5. §. fin. ff. h. t. l. 14. C. eod. c. cordi. 1. junct. gl. in verb. interlocutoria, & in verb. in scripto. & in verb. jus novum. de appellat. in 6. c. appellanti. 5. Clem. eod. Bart. ad l. eius qui. 4. ff. de appellat. recip. & ad d. l. 6. §. ult. C. de appellat. Ord. Camer. d. p. 2. tit. 29. §. Wo aber. Cacheran. decis. 6. num. 5. & 6. & decis. 84. n. 13. nisi singulari consuetudine in aliquo loco, ab interlocutoria vivâ voce appellare permittatur. *Andr. Gail. lib. 1. obs. 130. num. 4. qualis consuetudo in Bavaria viget. Myns. c. 1. obs. 66. Sic etiam in Ducatu Würtembergico ab interlocutoria appellare volenti, permittitur vel viva voce, vel in scriptis appellare. Sürstl. Würtenb. Landrecht. p. 1. tit. 69. pr. fol. 191. In appellatione tamen à sententia interlocutoria, quod notandū est, causæ gravaminis in libello appellatorio specialiter exprimendæ sunt. *c. ut debitus. 59. ext. h. t. c. Cordi. in 6. eod. Ord. Camer. d. l. c. appellanti. 5. Clem. eod. ubi gl. in verb. nominatim. ut temeritas litigiosorum hominum compescatur, ne juris ordinē in litibus exercendis, circumducto processu impediant, sed illati gravaminis reparationē in sententia definitiva duntaxat quarant. *Bart. in l. ait prator. ff. de minor. Abb. in d. c. cum in Ecclesia, & in c. dilecti filij. ext. de appellat. Ludov. Gilh. d. l. n. 7. nec sufficit exprimere causam per relationem ad acta. *Ias. ad l. hac consultissima §. per nuncupationem. C. de testament. n. 2. Robert. Marant. d. l. n. 153. nisi specialiter in quâ parte actorum hoc dicatur, manifestum fiat, tunc enim perinde habetur, ac si nominatim causa expressa fuisset. *Andr. Gail. lib. 1. obs.********

obs. 130. n. 2. Nat. Consil. 531. n. 14. tom. 3. & Consil. 651. num. 5. tom. 4. Et quia haec tenus dictum est in scriptis appellandum esse, ignorandum non est, quod appellatio in scriptis fieri dicatur, quando porrigitur libellus appellatorius scriptus, non verò si appellatio dicitur, & Notarius eam in scripturam redigat. Myns. d. c. 3. obs. 15. in fin. Auct. decis. Cameral. verb. appellatio in scriptis fol. 20. Libellus autem appellatorius ita concipiendus est, ut habeat scriptum à quo datus sit, hoc est, quis appellet, adversus quem, & à qua sententia. d. l. 1. §. 4. ubi Bart. ff. h. t. Robert. Marant. d. l. num. 130. Gregor. Tholos. d. l. num. 25. hoc modo conceptus, iudici à quo intra decendum à die latae sententiae offerri debet. d. l. eos. 6. §. sin autem & auth. Hodie C. h. t. Bart. ad d. l. 1. §. 4. ff. eod. Robert. Marant. d. l. num. 133. ubicunq; etiam extra iudicium. l. si quidam. 1. §. adeundi. 9. ff. quand. appelland. Bart. ad l. si expressim. 19. ff. h. t. Myns. c. 2. obs. 12. cui si propter absentiam, vel violentiam dari non possit, intra tempus appellationis vel publicè proponendus. l. cum quidam. 7. ff. h. t. l. his qui. 2. C. de his qui per met. judic. non appell. c. Pastoralis. 11. ext. de offic. judic. ordinar. Bart. ad l. 1. §. 4. ff. h. t. & ad l. 1. §. 7. ff. quand. appell. vel coram iudice ad quem. d. l. 1. §. si quis. 10. ff. quand. appelland. c. biduum. 29. caus. 2. q. 6. Robert. Marant. d. l. num. 123. Hodiernis moribus appellationes etiam coram fide digno Notario & testibus interponi possunt, & per totam Germaniam pro satis solenniter interpositis haberi, traditur non solum in. Ord. Camer. p. 2. tit. 29. §. Item so solleinem jeden. sed etiam in consultationibus Constitut. Saxoniar. p. 3. de iudicial. quest. nec ejusmodi appellationes opus habent insinuatione coram iudice à quo, nisi quoad revocationem attentatorum. Ord. Camer. d. l. ibi. So aber. Auct. decis. Cameral. verb. appellatio in scriptis. fol. 20. Myns. cent. 4. obs. 44.

T H E S I S VII.

Restat, ut, quando, & intra quæ tempora appellandum sit, investigemus (a) Tria autem fatalia distinguuntur (b) aliud enim est interponendæ (c), aliud introducendæ (d), aliud proseguendæ appellationis (e).

D 2

(a) de

- A. (a) de his temporibus extat *tit. tot. ff. quand. appelland. & C. de tempor. appellat.* (b) *Myns. c. 6. obs. 12. Andr. Geil. lib. 1. obs. 139. num. 1.* Et dicuntur à fato, id est morte, sicut enim mors extinguit hominem, ita lapsus fatalium, sive uniuscuiusq; fatalis extinguit appellationem. *Bald. in l. fin. pr. C. de tempor. appellat. in vers. modo restat. querere. Göden. Consil. 61. n. 2. Robert. Marant. d. l. n. 232.*
- B.
- C. (c) fatale interponendæ appellationis de jure veteri in causa propria erat biduum, in aliena triduum. *l. 20. ff. h. t. l. 1. §. biduum. 5. & §. in propria. 11. ff. quand. appelland. l. eos. 6. §. sin autem. C. de appellat. ubi Bart.* Hodie verò jure novissimo, sublato discrimine inter causas proprias, & alienas, est decendum, intra quod appellatio interponi debet, quo non facto, per interpretationem juris sententiæ latæ acquievisse videtur. *Auth. Hodie. C. h. t. No. 23. c. 1. c. cum dilectus. 32. ext. de Elect. c. concertationi. 8. de appellat. in 6. Ias. ad l. si quis adversus. C. de precib. Imperat. offer. n. 2. Bart. in Auth. sed & lis. C. de tempor. appellat. Ord. Camer. d. l. §. So sollen. Sive ab actu judiciali, sive extrajudiciali appellatum fuerit. arg. d. auth. gloss. in c. 36. in verb. dies. ext. de testib. Myns. c. 3. obs. 11. Robert. Marant. d. l. n. 213. Auct. decis. Cameral. fol. 30. & in Symphorem. tom. 2. p. 2. vot. 48.* Et hoc aded verum est, ut nec consensu partium, nec Judicis permissione prorogari possit. *gl. in c. cum sit Romana. 5. ext. de appellat. Andr. Geil. lib. 1. obs. 1. 9. n. 6. Myns. c. 2. obs. 68. & c. 3. obs. 11. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. So sollen.* Incipit autem hoc tempus regulariter currere, à die sententiæ latæ. *d. l. 1. §. biduum. 5. ff. quand. appelland. Auth. Hodie. C. h. t. No. 23. c. 1. c. anteriorum 28. §. adhac. & c. biduum. 29. caus. 2. q. 6. & de momento ad momentum. Felin. in c. quod ad consultationem. 15. ext. de re judic. n. 26. Bart. ad d. l. 1. §. dies. ff. quand. appelland. Myns. c. 3. obs. 11. etiamsi sententia sit conditionalis d. l. 1. §. 5. ubi Bart. ff. quand. appelland. Ias. ad l. si cui ff. de legat. 1. n. 19. Auct. decis. Cameral. in verb. appellatio à sententia nulla. fol. 28. Cacheran. decis. 147. n. 17. Myns. c. 5. obs. 95. quam opinionem communem dicit Göden. Consil. 57. n. 5. in fin. dummodò victus sciat sententiam contra se, vel ad suum præjudicium esse latam. *Felin. d. l. n. 32. nam si eo ignorante lata est, currere incipit à die scientiæ. d. l. 1. §. fin. ff. quand. appell. c. concertationi. de appellat. in 6. Bart. ad d. Auth. Hodie. C. de appellat. Andr. Geil. lib. 1. obs. 139. n. 7. & 10.**
- Myns.

Myns. d. c. 3. obs. 11. Robert. Marant. d. l. n. 215. unde sequitur, hoc tempus ab initio esse utile, in progressu verò continuum, h. e. currere tam diebus feriatis, quàm non feriatis. *gl. in l. fin. C. de tempor. in integr. restitut. & in Clem. 1. in verb. continuum. de Restitut. in integr. Felin. ad d. c. 15. ext. de re judic. & ad c. quarenti. 26. ext. de offic. & potest. stat. judic. deleg. n. 1. Bart. ad d. l. 1. §. dies. ff. quand. appelland. Myns. & Andr. Geil. dd. ll. Sich. ad l. ab eo. C. quomod. & quand. judex. num. 17.* In gravamine tamen successivo, sive continuam causam habente, tempus decendii non observatur, sed semper appellari potest, quã diu gravamen durat. *Felin. ad d. c. 15. n. 29. Ias. ad l. prator ait. 20. §. si aliquando. 15. ff. de Novi operis Nunciat. n. 9. & ad l. ita. n. 5. C. de procurat. Robert. Marant. d. l. n. 246.* Si in interpositione appellationis apostoli non sunt petiti, sicut plerunq; fieri assolet *Bart. ad d. l. 1. §. fin. ff. de appellat. n. 8. tunc intra triginta dies peti debent. l. iudicib. 24. C. h. t. No. 126. c. ult. c. ab eo. de appellat. in 6. Bart. ad l. unic. pr. & n. 4. ff. de libell. dimissor. & ad auth. sed lis qua. C. de tempor. appellat. n. 3. Wesenbec. Consil. 1. n. 10. quibus non petitis appellatio pro deserta habetur. d. c. ab eo. de appellat. in 6. c. quamvis rigor. 2. Clem. eod. Bart. ad l. 6. §. apostolos. C. de appellat. Myns. c. 4. obs. 36. possunt autem peti, sublato juris rigore, unico contextu, hoc modo, peto instanter, instantius, & instantissimè. *gl. in d. c. ab eo. in verb. instanter. Wesenbec. in parat. ff. de libell. dimissor. n. 4. Bitt vnd begehr fleissig/ fleissiger/ vnd zum aller fleissigsten / oder / Ernstlich / ernstlicher/ vnd zum aller ernstlichsten. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 50.* Hodie ex ordinatione Camerae Imperialis necesse non est, illos apostolos petere, sed appellantis arbitrio, relictum est, an petere velit. *prout in Ord. Camer. p. 2. tit. 30. pr. damit/ expresse provisum est, & restantur id Andr. Geil. lib. 1. obs. 139. n. 15. Myns. c. 3. obs. 22. & c. 4. obs. 36.* Quando autem isti triginta dies, qui de jure Justiniano requiruntur, currere incipiant, magnoperè inter se DD. digladiantur. Ego eos à die latæ sententiæ currere intrepidè statuo. *per l. iudicib. 24. C. h. t. gl. in d. c. ab eo. in verb. triginta dies. de appellat. in 6. Myns. d. c. 4. obs. 36. Robert. Marant. d. l. n. 220. quam opinionem communem dicit. Guid. Pap. q. 436. num. 34. (d) Fatale introducendæ appellationis jure communi definitum, & determinatum non est, sed pro diversitate Judicum, locorum, & quandoq; causarum,**

D 3 in

D.

in jure nostro Justiniano diversimodè variatur. *l. si quis 1. l. tempo-
ra 2. l. cum anterioribus. fin. C. de tempor. appellat. Besold. c. 9. num. 2.*
In Camera Imperiali sex menses à tempore appellationis interpo-
sitæ, numerandi, ad introducendam appellationem constituti sunt.
*Ord. Camer. p. 2. tit. 30. pr. damit auch. & §. würde aber. Andr. Geil.
lib. 1. obs. 140. n. 1. 2. & 3. Auct. decis. Cameral. n. 2. fol. 30. Myns. c. 2.
obs. 15. & c. 5. obs. 57.* intra quos non solum citatio extrahi, sed et-
iam ante finem illorum reproduci debet, aliàs appellatio efficitur
deserta. *Ord. Camer. d. l. pr. & §. fin. vnd so soll also. Myns. d. c. 5. obs.
57. Andr. Geil. d. l. n. 3.* si tamen terminus juris, sive ordinationis,
sc. sex mensium expiret in feriis, ita, ut introductio appellationis
propter incidentes ferias, ante finem termini fieri nequeat, appel-
latio nõ erit deserta, sed in prima audientia post ferias ejus reprodu-
ctio fieri potest. *Andr. Geil. d. l. n. 4. §. & 6. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 53.*
Hoc fatale introducendæ appellationis pro distantia locorum, &
personarum, ac negotii qualitate, iudex à quo minuere, ac spati-
um brevius appellanti præfigere potest, *arg. c. cum sit Romana. 5. &
ibi gl. in verb. recisus. c. reprehensibilis. 26. §. si verò. c. ad aures 33.
ext. h. t. Clem. quamdiu. 4. eod. Ord. Camer. p. 2. tit. 30. pr. damit
auch. Andr. Geil. lib. 1. obs. 140. n. 2. Myns. c. 6. obs. 12.* Quod si ob
distantiam provinciarum intra præfixum tempus, citationis exe-
cutio fieri, & appellationis causa inchoari nequeat, prorogatio
istius termini, antequam effluat, à iudice à quo peti, & decerni po-
test. Iudex enim terminum à se præfinitum prorogare potest.
*Franc. in c. personas. ext. de appellat. modò ultra legis terminum
prorogatio non extendatur. quod ex Ord. Camer. d. l. ibi. vnd nichts
darüber/ perspicuum est. Andr. Geil. lib. 1. obs. 140. n. 3. Ludovic. Gilh.
d. l. n. 62.* Sed fatale legis à iudice appellationis, sive ad quem, ex
justis causis, utpote ob nimiam loci distantiam. *d. c. 5. ext. de appel-
lat. inundationem aquarum, vel casum fortuitum, vel fatalem in
persona nuncii currentem. l. præses. 5. C. de appellat. prorogari
potest. Ord. Cam. d. l. §. würde aber. in fin. Andr. Geil. d. l. n. 7. Besold.
c. 9. num. 3.* dummodo supplicatio pro prorogatione infra tempus
ordinationis videlicet sex mensium exhibeatur, nam iis elapsis,
frustra ejus quod non est, prorogatio petitur. *l. sed si manente 5. ff.
de precar. l. bonorum. 24. ff. rem ratam haber. cum non entis nullæ
sint*

sint qualitates. l. 41. ff. de reb. cred. Andr. Geil. d. l. n. 7. sed opus est via
restitutionis, & sic extraordinaria, quæ non facile conceditur par-
tibus ordinariam prorogationis viam habentibus. l. in cognitione 16.
ff. de minorib. nisi gravibus, & inexorabilibus de causis ea uti impe-
ditæ fuerint. Myns. c. 3. obs. 54. Daniel Osinger. in pandect. Cameral. lib. 1.
tit. 17. n. 11. Besold. d. c. 9. n. 3. in fin. (e) Fatale prosequendæ appella-
tionis est annus, & ex necessaria, & evidenti causa biennium, quo
tempore decurso, si appellationis causa non fit finita, appellatio e-
rit deserta, & sententia à qua transit in rem judicatam. Auth. ei qui.
ubi Bart. & l. ult. §. illud. C. de tempor. appellat. cum sit Romana. 5. c.
oblato. 57. ext. de appell. clem. sicut. eod. Myns. c. 3. obs. 15. n. 3. & seqq. quod
currit secundum communem DD. opinionem, à tempore appella-
tionis interpositæ d. clem. sicut. ubi gl. in verb. à die Bart. ad auth. si ta-
men. n. 2. & ad l. cum anteriorib. 5. §. illud. 4. n. 3. C. de tempor. appellat. Ro-
bert. Marant. d. l. n. 228. non tamen de momento ad momentum,
quia dies interpositæ appellationis non consideratur, neq; inter fa-
talia computatur. gl. in d. clem. sicut. Andr. Geil. lib. 1. obs. 141. n. 1. Ludov.
Gilb. d. l. n. 65. & quod dictum est, appellantem ad prosequendam
suam appellationem habere annum, & ex justa, & necessaria causa
biennium, procedit, nisi de voluntate partium terminus prosequen-
di fuerit prorogatus, tunc enim durare potest ultra biennium d.
auth. si tamen. ubi Bart. n. 3. d. Clem. quamdiu. 4. de appellat. Myns. c. 2.
obs. 68. Guid. Pap. q. 436. n. 46. quæ sententiam in Camera receptâ ef-
se restatur Andr. Geil. d. l. n. 6. aut iudex à quo appellatum est, secun-
dum locorum distantiam, personarum, negociive qualitatem, re-
cisius tempus fuerit moderatus. d. c. 5. & c. 57. ext. de appellat. intra
quod si appellans causam appellationis non prosequatur, tenebit
prior sententia, & causa sua cecidisse videtur. d. c. 5. terminus enim
hic à iudice præfixus succedit in locum termini juris, quemadmo-
dum igitur per lapsum termini juris appellatio censetur deserta, ita
per lapsum termini à iudice præfixi, ex natura, & potestate surro-
gatorum. Innocent. in c. ex ratione. Abb. in c. cum sit Romana. ext. h. t. Lu-
dov. Gilb. d. l. n. 73. Besold. c. 9. n. 5. In Camera Imperiali neq; fatale pro-
sequendæ appellationis, neq; etiã fatale primæ instantiæ, puta trien-
nii in causis simplicis querelæ currit. & sic l. properandū. C. de judic.
& Auth. ei qui. C. de tēporib. appell. nō observatur, idq; propter multi-
tudinem

E.



tudinem causarum, quarum plurimæ, ut graves & arduæ, tam angusto temporis intervallo expediri nequeunt. *Andr. Geil. d. l. n. 7. & lib. 1. de P. P. c. 9. num. 14. Ludovic. Gilhaus. d. l. n. 80.* Et hæc de appellationis materia dicta sufficiant, cum tempus & locus non patiaturs plenius deliberandi consilium. *l. 1. in fin. pr. ff. de exercit. action.*

FINIS.



TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275




Sl

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

AUSPICIIS SACROSANCTÆ, ET IN-
DIVIDUÆ TRINITATIS

23

1628/10.

Ex

Permissu & Autoritate,

NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI, FACUL-
TATIS JURIDICÆ, COLLEGII, IN
Celeberrimâ Argentoratensium Uni-
versitate,

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM

De

APPELLATORIO
JUVAMINE, HODIERNIS TEM-
PORIBUS MAXIME USI-
TATO,

PRO SUMMIS IN CÆSAREO, ET PON-
tificio jure, honoribus, & privilegiis DOCTORALIBUS,
ritè, & legitime consequendis,

*Publica & solenni disquisitioni submittit,
ad diem 20. Septembr.*

BERNHARDVS GSELL,
ADELSHEIMENSIS.



ARGENTORATI.

Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DC. XXVIII.

23

